

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &  
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &  
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

**Omeis, Magnus Daniel**

**Norimbergae, 1699**

1. Adamvs

**urn:nbn:de:bsz:31-105410**

HISTORIAE  
BIBLICAE

ex

GEORGII FABRICII  
*Chemnicensis*

Historiarum Sacrarum Libris  
IV prioribus selectæ.

I. *ADAMVS.*

**A**Dam primus homo, e limo ter-  
ræ, verbo Dei creatus, motu  
Spiritus Sancti animam accepit vi-  
uentem: quæ non solum in hoc  
mundo degeret, sed gloria etiam  
Dei (*sive gloria piis a Deo parata*)  
in cœlis frueretur. Conditus ad ima-  
ginem Dei atque æternitatem, & to-  
tius orbis terrarum factus Rex atque  
dominus, animantes numerat atque  
nominat, factam ex se mulierem  
d 6 statim

statim agnoscit; cum quæ in rerum omnium copia & felicitate vivens, diaboli fraude & ejus svasu deceptus, Dei mandatum violat, eumque iratum nuditate perspecta fugit & averfatur: verum a Deo ipso revocatus, peccatum agnoscit & deplorat, & ipsius clementia plenam consolationem accipit, edita promissione illustri de semine mulieris, caput serpentis veneficum seculis futuris omnibus contrituro. Ejectus autem possessione horti uberrimi, labores injunctos patienter tolerat; & quamvis miseriis omnibus tota vita, & deinceps morti esset obnoxius, tamen spem promissione divina non abjicit, & in Ecclesia ad patrem usque Noæ, annis nongentis & triginta de Filio Dei docet, suosque posteros ad spem immortalitatis & vitæ æternæ erigit atque animat. A Deo bona promissa & ipse fide complectens, & alios

& alios  
instrue  
servatu

2.

Eva  
costa,  
ornata  
nis, i  
ad vi  
ra De  
lium  
adju  
tam  
imp  
ac p  
a Co  
vero  
Hæc  
obit  
carp  
riga  
alpe  
tus

& alios ea sapientia de cœlis profecta  
instruens, cum posteritate credente  
servatur.

2.

*EVA.*

Eva e viri dormientis latere atqve  
costa, Dei manu virgo producitur,  
ornataqve specie eximiæ pulcritudi-  
nis, ipso Deo auctore & pronubo,  
ad virum deducitur. Dos fuit, ve-  
ra Dei agnitio & integritas: domici-  
lium, amœnissimus hortus, & huic  
adjunctum in omnes res conditas,  
tam animatas, qvam non animatas,  
imperium: victus, arborum fruges,  
ac plantulæ salubres: & monstratus  
a Conditore fonticulus: amictus  
vero innocentie & sanctitati nullus.  
Hæc blanditijs diaboli inducitur, ut  
oblita mandati arboris vetitæ pomū  
carpat, idemq; viro gustandum por-  
rigat. Sua igitur temeritate viro victū  
asperum & sudores, sibi dolores par-  
tus & servitutem peperit; omnemq;

d 7

poste-